

Clarifica, et coque ad Trochiscorum (*Ta-
bellarum*) duritiem. Adde

Succi Baccarum Grossu- }
lariae recenter expressi, } ana libram unam.
Aquae purae. }

Rursus coque ad Gelatinae spissitudinem,
et cola.

Eodem modo fit Gelatina

Fructuum Rubi Idaei,

Cydoniorum,

Fragariae,

et similia.

CAPUT XIV.

EXTRACTA.

EXTRACTUM CICHOREI.

℞. Folia Cichorei. Q. V.

Coque in s. q. Aquae. Cola, leni igne
vapora, et sub finem balneo aquoso, spathu-
la continenter agitando, vaporare perge ad
soliditatem. Rotulas in vase clauso serva.

X 2

Hoc modo fit extractum

Taraxaci,
Borraginis,
et similium.

EXTRACTUM BACCARUM JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi recentium libras quatuor.

Contusas infunde per biduum, vel tri-
duum in Aquae ferventis libris duodecim.
Coque ad mollitiem. Liquorem expressum,
et per subsidentiam defoecatam cola, et va-
pora in balneo aquoso ad Extracti consis-
tentiam.

Dosis à drachma ad drachmas tres.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞. Kinae Kinae pulveratae libram unam.

Infunde per biduum in Aquae purae libris
duodecim, balneo aquoso, vel leni calore,
saepius agitando. Infusiones cum novis Aquae
quantitatibus repete, donec liquores insipidi
percipiantur: quos omnes filtratos vapora in

vase aeneo, stanno obducto, et sub finem in balneo aquoso ad Extracti solidi consistentiam.

Dosis à scrupulo ad drachmas duas.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZAE.

℞. Radicum Glycyrrhizae siccarum, ab epidermide mundatarum, et minutim incisarum libras quatuor,

Aquae communis ferventis libras sexdecim,

Infunde calidè per horas duodecim. Liqueorem colatum, et decantatum vapora, sub finem in balneo aquoso, ad Extracti solidi consistentiam.

Dosis à semidrachma ad drachmam.

EXTRACTUM RADICIS RHABARBARI.

℞. Radicis Rhabarbari electi, minutim secti libram unam,

Aquae communis libras sexdecim.

In olla fictili vitreata fiat infusio per dies tres loco frigido; postea levi ebullitione coque per quadrihorium et cola sine expres-

sione; dein igne lento decoctum per subsidentiam depuratum vapora ad Syrupi consistentiam, spathula lignea continuè agitando; postea balneo aquoso inspissa donec manibus malaxari posit, emplastri instar, et in rotulas ad usum serva.

Dosis ad scrupulos duos.

Sic parantur extracta sequentia

Stygmatum Croci,

Foliorum Sennae, et similia.

EXTRACTUM OPII AQUOSUM.

(Laudanum simplex.)

℞. Opii pulverati, vel minutim secti uncias quatuor.

Tere in mortario marmoreo, per vices addendo Aquae frigidae sufficientem quantitatem, et digere loco calido ad perfectam partis extractivae dissolutionem. Liquorem collatum vapora in balneo aquoso ad siccitatem.

Dosis ad grana duo.

EXTRACTUM OPII GLYZYRRHIZATUM.

(Laudanum Urinarium.)

- ℞. Extracti Glyzyrrhizae uncias tres,
Camphorae drachmas duas,
Stygmatum Croci scrupulos octo,
Baccarum Alkekengi } ana unciam unam,
Terebintinae Venetae }
Gummi Tragacanthi. } ana drachmam unam,
Resine Mastiches. . . }
Extracti aquosi opii unciam semis.

Extracta in mortario cum pauxillo aquae diluantur, ut fiat liquamentum mellis instar, dein adde Terebinthinam, et pistetur ad perfectam mixtionem, postea cetera pulverata misceantur ut fiat massa pillularis, è qua formentur trochisci, qui siccentur, et ad usum servantur.

Dosis ad scrupulum.

EXTRACTUM OPII CROCATUM.

(Laudanum Opiatum.)

- ℞. Extracti Opii aquosi uncias duas,
Croci unciam unam,

Concharum Margaritarum... }
 Lapidum Hyacinthorum, } ana drachmam
 Coralliorum. } unam et semis.

Terrae Sigillatae drachmam unam,
 Lapidis Bezoaris scrupulos quatuor,
 Cornu Cervi crudi scrupulos duos.

Omnia subtiliter pulverentur et cum aquae
 pauxillo fiant pastilli qui siccentur ad usum.

Dosis ad grana quatuor.

EXTRACTUM OPII CINNABARINUM.

(Laudanum Cinnabarinum.)

℞. Extracti Opii aquosi drachmas sex,
 Stygmatum Croci pulverati... }
 Sulphureti Hydrargyri nativi } ana drachmas
 laevigati. } tres.

Fiat massa pillularis cum aquae pauxillo, in
 rotulas sicca, et ad usum serva.

EXTRACTUM RADICIS SMILACIS ASPERAE.

℞. Radicis Smilacis incisae et minutim sectae
 libras duas,

Aquae fontis libras viginti.

Infunde in olla fictili vitreata, et mace-
ra per vigintiquatuor horas, loco calido; pos-
tea coque vase aperto per horas duas, et cola;
residuo adde novam aquae fontis quantita-
tem, coque ut antea ad libras octo, et cola;
colaturas per subsidentiam depura, et decan-
ta; postea vapore ut in extracto radicis Rha-
barbari dictum est.

Dosis ad drachmas duas.

Sic parantur sequentia extracta

Radicis Tormentilae,

Ligni Guajaci,

Radicis Bistortae,

Helenii, et similia.

EXTRACTUM RADICIS HELLEBORI NIGRI.

℞. Radicis Hellebori nigri contusae libram
unam,

Aquae fontis ferventis libras octo,
Alcoholis Vini puri uncias quatuor.

Digere per horas duodecim, postea coque
y

per horas duas leni igne in vase optimè clauso;
post semirefrigeratum decoctum cola cum
expressione, et per subsidentiam depuratum
vapura, et procede ut supra.

Sic parantur sequentia extracta

Agarici,

Pulpae Colocynthis, et similia.

EXTRACTUM AGARICI ALEOTICUM.

(Extractum Catholicum.)

℞. Extracti Hellebori nigri. } ana unciam unam,
Agarici. }
Colocynthis drachmas sex,
Scamonii optimi pulverati unciam unam,
Aloes Succotrine pulverati uncias duas,
Sulphatis Magnesiae unciam semis,
Aquae fontis Q. S.

Pistentur extracta in mortario, ut fiat
massa mollis; tunc adde pulveres, et omnia
perfectè mixta formentur trochisci, qui sic-
centur ad usum.

Dosis ad semidrachmam.